

# In Exitu Israel

## Latin:

In exitu Israel de Aegypto, domus Jacob de populo barbaro, facta est Judaea sanctificatio ejus, Israel potestas ejus.

Mare vidit et fugit, Jordanis conversus est retrorsum.

Montes exultaverunt ut arietes, et colles sicut agni ovium.

Quid est tibi mare quod fugisti? et tu Jordanis quia conversus es retrorsum?

Montes exultastis sicut arietes et colles sicut agni ovium.

A facie Domini mota est terra, a facie Dei Jacob.

Qui convertit petram in stagna aquarum, et rupem in fontes aquarum.

Non nobis Domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam.

Super misericordia tua et veritate tua, nequando dicant gentes, Ubi est Deus eorum?

Deus autem noster in caelo, omnia quaecumque voluit fecit.

Simulacra gentium argentum et aurum, opera manuum hominum.

Os habent et non loquentur, oculos habent et non videbunt.

Aures habent et non audient, nares habent et non odorabunt.

Manus habent et non palpabunt pedes habent et non ambulabunt, non clamabunt in gutture suo.

Similes illis fiant qui faciunt ea, et omnes qui confidunt in eis.

Domus Israel speravit in Domino, adjutor eorum et protector eorum est.

Domus Aaron speravit in Domino, adjutor eorum et protector eorum est.

Qui timent Dominum speraverunt in Domino, adjutor eorum et protector eorum est.

Dominus memor fuit nostri, et benedixit nobis.

Benedixit omnibus qui timent Dominum, pusillis cum majoribus.

Adiciat Dominus super vos, super vos, et super filios vestros.

Benedicti vos a Domino, qui fecit caelum et terram.

Caelum caeli Domino, terram autem dedit filiis hominum.

Non mortui laudabunt te Domine, neque omnes qui descendunt in infernum.

Sed nos qui vivimus, benedicimus Domino, ex hoc nunc et usque in saeculum.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

## English:

When Israel went out from Egypt, the house of Jacob from a barbarous people, Judea made his sanctuary, Israel his dominion.

The sea saw and fled, the Jordan was turned back.

The mountains skipped like rams and the hills like lambs.

What ailed you, sea, that you did flee, and you, Jordan, that you were turned back?

You mountains, that you skipped like rams, and you hills like lambs.

In the Lord's presence the earth was moved, in the presence of the God of Jacob.

Who turned the rock into pools of water, and the stony hills into fountains of water.

Not to us, Lord, not to us, but to your name give glory.

For your mercy and for the sake of your truth, lest the Gentiles say, where is their God?

But our God is in heaven, he has done all things.

The idols of the Gentiles are silver and gold, the work of men's hands.

They have mouths and do not speak, they have eyes and do not see.

They have ears and do not hear, they have noses and do not smell.

They have hands and do not feel, they have feet and do not walk, neither do they cry out from their throat.

Let them that make them become like them and trust in them.

The house of Israel has hoped in the Lord, he is their helper and protector.

The house of Aaron has hoped in the Lord, he is their helper and protector.

Those that fear the Lord have hoped in the Lord, he is their helper and protector.

The Lord has been mindful of us, and has blessed us.

He has blessed all who fear the Lord, both small and great.

May the Lord add blessings upon you, upon you and your children.

Blessed be you of the Lord, who made heaven and earth.

The heaven of heaven is the Lord's, but he has given the earth to the children of men.

Lord, the dead will not praise you, nor any of them that go down to hell.

But we that live, bless the Lord for now and forever.

Glory to the Father, the Son and the Holy Spirit.

As it was in the beginning, and now and always, will be forever and ever.